*MASTER NEGATIVE NO. 91-80101-14*

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

*AUTHOR:*

AUST, EMIL

*TITLE:*

DE AEDIBUS SACRIS...

*PLACE:*

MARPURGI CATTORUM

*DATE:*

1889

Master Negative #

91-80101-14

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

## BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

874
Z8 Aust, Emil, 1863-
v.3 De aedibus sacris populi Romani inde a primis liberae rei publicae temporibus usque ad Augusti imperatoris aetatem Romae conditis; dissertatio... quam...scripsit Aemilius Aust... Marpurgi Cattorum, typis Soemmering, 1889.
55 p. 23½ cm.

Thesis, Marburg.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35MM REDUCTION RATIO: 11x2A
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB
DATE FILMED: 6/27/91 INITIALS BY
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

**Association for Information and Image Management**
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

No. 4
Temples - Roman
874
Z8

# DE AEDIBUS SACRIS POPULI ROMANI INDE A PRIMIS LIBERAE REI PUBLICAE TEMPORIBUS USQUE AD AUGUSTI IMPERATORIS AETATEM ROMAE CONDITIS

## DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM MARPURGENSIUM ORDINE
RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

**AEMILIUS AUST**
SILESIUS

MARPURGI CATTORUM
TYPIS FRIEDERICI SOEMMERING
MDCCCLXXXIX

GEORGIO WISSOWA

SACRUM

Sacrarum aedium a primis liberae reipublicae temporibus usque ad mortem Augusti conditarum etsi magnam partem sive topographiae vel mythologiae quasi appendicem sive propriis commentationibus magis minusve accurate et diligenter viri docti tractaverunt, perpetuam tamen memoriam adhuc nemo recolere conatus est; quod qui sibi proposuerat, vir et exquisita doctrina et egregio acumine et studiis in eo genere versantibus ad opus suscipiendum perficiendumque maxime idoneus, Henricum Jordanum dico, eum praematura morte litteris abreptum esse eo magis lugemus, quod ex hac disputatione qui fructus redundent ad divinarum antiquitatum scientiam nonnullis exemplis ipse ostendit.[1]) Exsequi quod ille voluit cum fines huius dissertatiunculae excedat non omnia, quae ad universam templorum historiam spectant, explicare animum induxi, sed nobis sat est annalium fastorumque reliquias ita percensere, ut primo capite publicarum[2]) aedium ad temporum rationem revocata-

---

[1]) Nomino commentationes: de sacris quibusdam in hemerologio fratrum Arvalium commemoratis (Eph. ep. I p. 229 sq.), de sacris Opis aedibusque Opis et Saturni (Eph. ep. III p. 57 sq.), de Aesculapii Fauni Veiovis Jovisque sacris urbanis (comm. in hon. Momms. p. 356 sq.), de Consi et Vortumni aedibus Aventinensibus (Gratulationsschr. d. Koenigsbg. Univ. z. 50jaehrg. Jubel. d. Arch. Inst. in Rom Koenigsberg 1879) alias invenies in Hermae voluminibus IV VI VII IX XIV XVII XX in indicibus lectionum Regimontanarum annorum1882/83, 1885, 1886/87 etc.

[2]) i. e. earum quae senatu seu probante seu iubente loco publico constructae publicos per magistratus dedicantur et publicos per sacerdotes consecrantur cf. Jordan Herm. VI 316.

rum catalogum adnotatis instaurationibus reconcinnemus, altero dicamus de quaestionibus hisce: quae ratio inter veteres dies festos et aedium natales intercedat, num qua causa fuerit, cur templa aut intra aut extra pomerium construerentur, quae aedes locum vetustiorum ararum sacellorumque obtinuerint, non defuturos esse sperantes, qui omni materie adhibita fusius copiosiusque rem persequantur. Sed antequam ad id quod nobis propositum erat, accedamus, fontes qui sint et quatenus fides sit iis habenda, brevi exponere oportebit. Scientiam nostram de aedium sacrarum historia haurimus partim e rerum scriptoribus partim ex hemerologiis post fastos a Caesare emendatos conscriptis; quaecunque illi de materia nobis tractanda memoriae prodiderunt, vel recte vel per ambages ex urbis annalibus defluxisse cum inter viros doctos nulla sit controversia, ad eos ut ultimum fontem redeundum nobis esse nemo est quin intellegat. Sed cum pleraque, quae ex illis desumpserunt auctores, ita amplificata sint et exornata, ut ad cognoscendam historiam Romanam nisi summa servata cautione non adhibenda sint, relationes de rebus sacris, quippe quae annalium formam brevi aridaque rerum enumeratione conspicuam magna ex parte ostendant, testimonia sunt aliis nuntiis multo certiora nec, quotiens additamenta primitivam formam commutarunt, eam ad exemplar integrarum perspicere nimis est difficile; annales ex pontificum tabulis excerptos non ultra annum u. c. 245 tetendisse inde apparet, quod usque ad illud tempus nomina consulum servata sunt. Itaque narrationes, quae ad regum aetatem pertinent, fabulosas habebimus, posteriores interdum inscriptionibus confirmatas genuina annalium traditione restituta huic quaestioni fundamentum subdemus. Fontem fide dignissimum putari oportet hemerologia, quae temporis spatium a proelio Actiaco usque ad annum 51 p. Chr. complectuntur; in his, id quod Mommsen egregio commentario C. I. L I p. 376 ad liquidum perduxit, tria genera ad-



notationum discernenda sunt, quorum unum maioribus litteris expressum continet ferias iam ante decemvirorum aetatem celebratas, reliqua minoribus litteris significata ad eos dies pertinent quibus aedes consecratae sunt eosque qui in honorem familiae imperatoris agebantur; secundum genus nobis gravissimum, quo sacra ad dedicationem templorum celebrandam quotannis renovata indicantur, ea re conspicuum invenies, quod deorum quibus sacrificatur, nomina singulis diebus casu ascribuntur tertio; quos fastos etiamsi non integros habemus, magna tamen pars dierum natalium ex iis potest destinari.

---

# I.

**1.** Aedes Jovis Optimi Maximi in Capitolio[1]) dedicata a. M. Horatio Pulvillo cos. a. 245=509[2]) id. Sept.=Sept. 13[3]) substructa a. 366=388 et 565=189[4]) renovata exornataque pro opibus ac dignitate rei publicae a censoribus a.575=179, 580=174, 595=159, 612=142[5]) superior pars exusta a. 671=83 reficiendam curat Sulla, refectam dedicat Q. Lutatius Catulus a. 685=69, etiam bis incendio deleta a. 69 p. C. et 80 p. C.[6])

**2.** Aedes Saturni ad forum sub clivo Capitolino[1]) dedic. a. 257=497[2]) a. d. XVI kal. Jan.=Dec. 17[3]) refecta a. L. Munatio Planco cos. a. 712=42[4]) deus ipse alligatur per annum laneo vinculo et solvitur die sibi festo[5]) ex more graeco sacra fiunt capite aperto[6]) lectisternium imperatum et convivium publicum a. 537=217.[7])

1. [1]) Becker: Handbuch der römischen Altertümer I 395. Preller: Römische Mythologie² ed. Jordan I 216. Jordan: Topographie der Stadt Rom im Altertum I 2, 8; vota esse dicitur a Tarquinio Prisco et aedificata a Tarquinio Superbo (Liv. I 38,7; 55, 7; 56, 8 Dion. III 69 IV 59 . 61 Cic. rep. II 36 Tac. hist. III 72 Plut. Popl. 13) [2]) Liv. II 8 VII 3, 8 Polyb. III 22 Val. Max.V 10, 1 Plut. l. c.: Pulvillum iterum consulem dedicasse aedem falso tradunt Dion. V 35 Tac. l. c. cf. Mommsen Chronol. 199. [3]) Plut. Popl. 14. [4]) Liv. VI 4, 12 XXXVIII 28, 3. [5]) Liv. XL 51, 3 XLI 27, 7 Vell. Paterc. II 1, 1; 3, 1 Plin. h. n. XXXIII 57 XXXVI 185. [6]) cf. Jordan I 2, 20 a 16—19. 27. a. 26—29.

2. [1]) Becker 313 Preller II 14 Jordan I 2, 360 Eph. ep. III p. 57 Marquardt: Römische Staatsverwaltg. ed. Wissowa III² 252. [2]) Liv. II 21, 2 Dion. VI 1; a Tarquiniis eam votam et aedificari coeptam esse narrat Macrob. S. I 18, 1. [3]) fast. Amit. ad. Dec. 17 C. I. L. I p. 408 Varro l. l. VI 32 Fest. p. 322 Macrob. S. I 10, 18 *Saturnalia . . . . XIV Kal. Jan. celebrata* ad tempus ante fastos per Caesarem emendatos referri oportet, quo XXIX dierum erat mensis December. [4]) Suet. Oct. 29. C. I. L. VI 1316 X 6087. [5]) Macrob. S. I 8, 5. [6]) Dion. I 34 VI 1 Fest. l. c. Fest. ep. p. 119 Macrob. S. I 8, 1. [7]) Liv. XXII 1, 19.



**3.** Aedes Mercurii ad circum maximum[1]) dedic. a. M. Laetorio primi pili centurione a. 259=495[2]) id. Mai.= Mai 15[3]) lectisternia a. 355=399 et 537=217 in hoc deus cum Cerere coniunctus[4]) filius habetur Maiae sc. graecae deae.[5])

**4.** Aedes Cereris ad circum maximum[1]) inopia fameque urbem premente ab A. Postumio dict. ex libris Sibyllinis vota et locata a. 258=496[2]) a. Sp. Cassio cos. dedic. a. 261=493[3]) a. d. XIII kal. Mai.=Apr. 19[4]) de caelo tacta a. 548=206[5]) igni diruta a. 723=31[6]) reaedificari coepta ab Augusto a Tiberio dedicata a. 770=17 p. C.[7]) prima a graecis artificibus picturis ornata[8]) in lectisternio a. 537=217 dea cum Mercurio iuncta[9]) supplicationes factae a. 548=206, 580=174, 662=92, 821=68 p. C.[10]) ieiunium quinto quoque anno celebrandum institutum a. 563=191[11]) sacerdotes de graecis oppidis adsumptae[12]) nocturna sacra mulieres faciunt novemque per dies viros non patiuntur[13]) populus deae stipem fert[14]) aedes asylum praebet[15]) Romam cultus Henna videtur translatus esse.[16])

3. [1]) Becker 470 Preller II 230 Marquardt 367. [2]) Liv. II 21, 7; 27, 6 Val. Max. IX 3, 6 fast. Ven. Rust. Philoc. ad Mai. 15 C. I. L. I p. 393 fast. Caeret. Eph. ep. III 6. 9 Liv. II 21, 7 Ov. f. V 669 Fest. ep. p. 148 Lyd. de mens. VI 53. [4]) Liv. V 13, 6 XXII 10, 9 Dion. XII 9. [5]) Macrob. S. I 12, 19.

4. [1]) Becker 471 Preller II 38 Marquardt 361. 395 Birt apud Roscher: Mythologisches Wörterbuch I 862; sollemni usu nominatur *aedes Cereris Liberi Liberaeque* (Liv. III 55, 7); inde a Plinii aetate saepius legimus: *aedes Cererum* cf. Jordan I 2, 369 a. 76. [2]) Dion. VI 17 Tac. ann. II 49. [3]) Dion. VI 94. [4]) vide cp. II h. diss. [5]) Liv. XXVIII 11, 4. [6]) Strab. VIII 6, 23 Dio L 10, 3. [7]) Tac. l. c. [8]) Plin. h. n. XXXV 154. [9]) Liv. XXII 10, 9. [10]) Liv. XXVIII 11, 4 XLI 28, 2 Jul. Obs. 113 Tac. ann. XV 44. [11]) Liv. XXXVI 37, 4 posthac anniversaria celebratur memoria (fast. Amit. ad Oct. 4 C. I. L. I p. 405) Preller comparat *Θεσμοφόρια*. [12]) Cic. p. Balb. 55 Val. Max. I. 1, 1. [13]) Cic. de leg. II 21 Ov. metam. 431. [14]) Cic. l. c. Jul. Obs. 103. 106. 113. [15]) Non. p. 44 M. [16]) Cic. Verr. IV 108 Val. Max. l. c.; trias ipsa (Ceres Liber Libera=*Δημήτηρ Διόνυσος Περσεφόνη*) cultum non esse Italicum docet.

**5.** Aedes Fortunae Muliebris via Latina ad quartum miliarum[1]) a Proculo Verginio cos. dedic. a. 268=486 prid. non. Jul.=Jul. 6[2]) sacerdos creatur Valeria[3]) signum deae coronare nulli licebat, nisi quae semel nupsit.[4])

**6.** Aedes Castoris ad forum[1]) ab A. Postumio dict. pugna Regillensi vota a 255=499[2]) ab eius filio duumviro dedic. a. 270=484[3]) id. Jul.=Jul. 15[4]) post tumultus Gracchanos refecta per L. Caecilium Metellum cos. de manibiis Delmaticis a. 637=117[5]) incendio a. 747=7, fortasse deleta et a Tiberio dedic. a. 759=6 p. C.[6]) a. d. VI kal. Febr.=Jan. 27.[7]) restaurata a Claudio et Domitiano[8]) de ritu graeco nil comperimus.

**7.** Aedes Dii Fidi in colle[1]) a. Sp. Postumio cos. dedic. a. 288=466[2]) non Jun.=Jun. 5[3]) posita in ea, quae

---

5. [1]) Becker 480 a. 998 Preller II 184 Marquardt 274 Jordan Eph. ep. I p. 233 R. Peter ap. Roscher M. W. 1519. [2]) Dion. VIII 55 anno praecedente in ara deae exstructa mulieres sacrificaverant; Liv. l. c. qui de hoc sacro tacet, ita facit aedis mentionem, ut a. 266=488 dedicatam eam esse opineris; sed quod pro liberata a Volscis urbe templum aedificatum est, auctor, ubi Coriolanum se recepisse narravit, continuo refert de dedicatione. [3]) Fest p. 242 Serv. ad Aen. IV 19 Tertull. de monog. 17.[4]) Dion. l. c.

6. [1]) Becker 298 Preller II 300 Jordan I 2, 369 Marquardt 379 A. Furtwängler ap. Roscher. M. W. 1168 M. Albert: le culte de Castor et Pollux en Italie (bibl. des ec. fr. de Rome et d'Ath. fasc. 31 p. 34.) rec. Jordan: deutsche Litteraturzeitg. 1883 p. 1503; ‚aedes Castorum' nuncupatur ex Plinii temporibus cf. aed. 4 a. 1. [2]) Liv. II 20, 12 Dion. VI 13. [3]) Liv. II 42, 5. [4]) Liv. l. c. Dion. l. c. [5]) App. b. c. I 25 Cic. p. Scaur. 46 Ascon. ad h. l.; primo bello civili iterum laesam renovandam locarunt censores a 674=80 (Plut. Sull. 8. 33. Cic. Verr. I 130). [6]) Dion. IV 8, 5; 27, 4; minus accurate Suet. Tib. 20 tertium annum post Vari cladem indicat. [7]) fast Praen. ad Jan. 27. C. I. L. I. p. 385 Ov. f. I 705 Lyd. de mens. IV 13. [8]) Dio LX 6 cat. aedif. Jordan II 31; Domitianus sacellum Minervae videtur adiunxisse.

Spem (Liv. II 51, 2 Dion IX 24) ante a 277=477 non aedem sed sacellum habuisse censeo.

7. [1]) Becker 575 Preller II 274 Marquardt 576 Wissowa ap. Roscher. M. W. 1189. Jordan annali dell'inst. 1885 p. 105. 112. sacellum nuncupatur a Liv. VIII 20, 8. [2]) Dion. IX 60. [3]) fast. Ven. ad Jun. 5. C. I. L. I. p. 395. [4]) Plin h. n. VIII 94 Plut. Q. R. 30[5]) Fest. p. 241.



ferebatur, statua C. Caeciliae (Tanaquilis)[4]) cuius ex zona periclitantes ramenta sumunt.[5])

**8.** Aedes Apollinis ad theatrum Marcelli[1]) ex libris Sibyllinis pro valetudine populi vota a. 321=433[2]) a C. Julio cos. dedic. a. 323=431[3]) a. d. IX. kal. Oct.=Sept. 23[4]) refecta a. 401=353[5]) a. C. Sosio cos. a. 722=32[6]) supplicationes factae a. 546=208 et 578=176[7]) lectisternia habita a. 355=399 et 537=217[8]) decemviri antistites Apollinaris sacri[9]) ludi Apollinares ex libris Sibyllinis instituti suadente Cornelio Rufo decemviro[10]) in his populus laureatus spectabat stipe data pro cuiusque copia-[11])

**9.** Aedes Matris Matutae in foro boario[1]) a. M. Furio Camillo dict. bello in Veientes gesto vota a. 358=396[2])

---

8. [1]) Becker 605 Preller I 303 Marqardt 359; 384 Jordan II 265 Herm. XIV 578 Roscher M.W. 446 R. Hecker: de Apollinis apud Romanos cultu, diss. Lips. 1879. [2]) Liv. IV 25, 3. [3]) Liv. IV 29, 7. [4]) fast. Arv. ad Sept. 23 Henzen: act. fratr. Arval. CCXXXVII [5]) Liv. VII 20, 9; eo anno non novam constructam esse aedem concedet, qui, quae Asconius p. 81 (K. et S.) adicit ad Ciceronis orationem in tog. cand., attente legerit: *admonendi estis non hanc (Apollinis aedem in Palatio) a Cicerone significari utpote quam post mortem etiam Ciceronis multis annis imperator, quam nunc divum Augustum dicimus post Actiacam victoriam fecerit: sed illam demonstrari quae est extra portam Carmentalem inter forum olitorium et circum Flaminium; ea enim sola tum demum Romae Apollinis aedes.* [6]) Plin. h. n. XIII 53 XXXVI 28 Jordan Herm. IX 342. [7]) Liv. XXVII 23, 7; dubium non est, quin, etsi Appollinis nomen non indicatur, ei tamen pestilentia urbem premente supplicatio facta sit, praesertim cum paulo post eadem ex causa in perpetuum ludi in statam diem voveantur. (Liv. XLI 17, 4); supplicantium pompae ab Apollinis aede ducuntur (Liv. XXVII 37, II); *omnes supplicationes atque omnia lectisternia,* ait Hecker l. c. p. 27.; *carminibus Sibyllinis commendata et a custodibus atque interpretibus horum carminum administrata in honorem praecipue Apollinis sunt habita.* [8]) Liv. V 13, 5. 6 Dion. XII 9. Liv. XXII 10, 9. [9]) Liv. X 8, 2 Jul. Obs. 107 Val. Max. I 1, 1. [10]) Liv. XXV 12 Macrob. S. I 17, 27. [11]) Fest. ep. p. 23.

9. [1]) Becker 482 Preller I 322 Jordan I 2, 484 Marquardt 577. [2]) Liv. V 19, 6 exstructa esse dicitur a Servio Tullio. [3]) Liv. V 23, 7. [4]) fast Ven. ad Jun. 11 C. I. L. I p. 395 Ov. f. II 473 Fest. ep. p. 125. [5]) Liv. XXIV 47, 15. [6]) Liv. XXV 7, 6.

dedic. a. 358=396 [3]) a. d. III id. Jun.=Jun. 11 [4]) incendio deleta a. 541=213 [5]) reficiendae triumviri creati a. 542=212. [6])

**10.** Aedes Junonis Reginae in Aventino [1]) a M. Furio Camillo dict. bello in Veientes gesto vota a. 358=396 [2]) eodem anno construi coepta [3]) dedic. a. 362=392 [4]) kal. Sept.=Sept. 1 [5]) de caelo tacta a. 547=207 [6]) ab Augusto refecta [7]) decemvirorum monitu signum aeneum a matronis dicatur a. 534=218 [8]) maioribus hostiis sacrificatur lectisterniumque fit a. 537=217 [9]) ter novenarum virginum pompa praeeuntibus decemviris laurea coronatis a. 547=207, 554=200, 657=97. [10])

**11.** Aedes Martis extra portam Capenam [1]) vota bello Gallico, dedic. a. T. Quinctio duumviro s. f. a. 366=388 [2]) kal. Jun.=Jun. 1 (?) [3]) deo post pugnam cum Lucanis Bruttiisque feliciter commissam a laureatis militibus supplicatio habita a. 472=282 [4]) decemvirorum monitu maiores hostiae immolatae et supplicatio habita a. 537=217, eodem anno votum de integro factum et lectisternium, in quo Mars cum Venere coniunctus est. [5])

---

10. [1]) Becker 452 Preller I 285 Marquardt 396. [2]) Liv. V 21, 3. Dion. XIII 3. [3]) Liv. V 23, 7. [4]) Liv. V 31, 3. [5]) fast. Arv. ad Sept. 1 Henzen CCXXXVI. [6]) Liv. XXVII 37, 7. [7]) mon. Anc. IV 6 [8]) Liv. XXI 62, 8. [9]) Liv. XXII 1, 17. 18. [10]) Liv. XXVII 37, 7—15 XXXI 12, 9 Jul. Obs. 108; graecum fuisse cultum ab initio ex ea ipsa re, quod a Veientibus translatus est, concludere possumus. haud inepte Marquardt l. c. ex verbis Livii V 22, 5: *quod id signum (Junonis) more Etrusco nisi certae gentis sacerdos adtrectare non esset solitus* conicit ut cum Cerere, cum Matre Idaea, cum Bellona, ita cum hac quoque dea Romam venisse eius sacerdotes.

Sacellum Ai Locuti in nova via a. 367=387 fieri iussum (Liv. V 32, 6; 50, 5; 52, 11); quod a Livio bis nominatur templum, aedem non esse, luculentissime ostendit Cic. de div. I 101: *aram enim Aio Loquenti quam septam videmus exadversus eum locum (lucum Vestae) consecrata est* et II 69: *audita vox est monentis, ut providerent, ne a Gallis Roma caperetur; ex eo Aio Loquenti aram in nova via consecratam . . .*

11. [1]) Becker 511 Preller I 348. [2]) Liv. VI 5, 8. [3]) Ov. f. VI 191 fortasse ab Augusto refecta et hoc die dedicata est. [4]) Val. Max. I 8, 6 cf. Liv. ep. XI Amm. Marc. XXIV 4, 24. [5]) Liv. XXII 1, 12; 9, 9; 10, 9.



**12.** Aedes Junonis Lucinae in Esquiliis [1]) condita a. 379=375 (?) [2]) kal. Mart.=Mart. 1 [3]) de caelo tacta a. 564=190 [4]) nullo tempore graecum morem deae cultus ostendit. [5])

**13.** Aedes Concordiae inter Capitolium et forum [1]) a. M. Furio Camillo dict. propter civium discordiam vota a. 387=367(?) [2]) libris per decemviros inspectis supplicationes habitae a. 571=183 et 573=181 [3]) restituta a. L. Opimio

---

12. [1]) Becker 536 Preller I 271 Jordan II 252. 267 Marquardt 571. [2]) Plin. h. n. XVI 235. [3]) fast Praen. ad Mart. 1 C. I. L. I p. 387 Ov. f. III 245 Fest. ep. p. 147. [4]) Liv. XXXVII 3, 2 Jul. Obs. 55. [5]) haud recte hoc me contendere existimabis, simulatque legeris inscriptionem: *Junone. Lucinai. Dioris. castud. facitud.* (C. I. L. VI 357 cf. Eug. Schneider: dialectorum Italicarum aevi vetustioris exempla selecta I 1 No. 111 Lips. 1886) quaeque adnotarunt Ritschelius op. IV 519. 727 et Mommsenus C. I. L. I p. 561. *castud* enim censent significare ieiunium, quamvis Mommsenus fateatur displicere sibi hanc interpretationem; quae si vera est, non potest dubitari, quin, quoniam ieiunio nil clarius graecum morem indicat quo tempore tabula illa est dedicata i. e. quinto vel sexto u. c. saeculo graeco ritu culta sit Juno Lucina; sed Livii libri XXVII cp. 3 mecum pertractato vide, num stare possint illorum sententiae; prodigia anni 564=190 primum procurant pontifices i. e. ii sacerdotes, qui Romanorum de cultu custodiam habent deorum; religiones autem nempe eo spectantes, num quis deus deave neglectus sit, cum remanserint, libros Sibyllinos inspiciunt decemviri, ut, si qui succenseant, ii supplicatione possint placari; quorum in numero non esse Junonem omnes concedent, quod causa irae cognita per pontifices ei omnia rite fieri manifestum est; anno igitur 564=190 graeci cultus vestigia huius deae reperiri non posse exploratum habemus; monumentis sane plus habenda est fides quam auctoribus, modo ne, cum ceteri omnes testes de Romano ritu consentiant, hoc uno ex loco concludatur castud idem quod ieiunium esse; neque enim hanc significationem castud habere in usu sermonis latini argumentis probaveris; cultus autem commutationem factam esse post a. 564 eo prohibemur putare. quod, quantum ex litteris casuumque exitu cognosci potest, inscriptionem aut eidem aut priori aetati attribui oportet; quae cum ita sint, vera esse, quae supra dixi, nec modo displicere sed prorsus oportere reici interpretationem Ritscheli et Mommseni satis mihi videor demonstrasse; itaque Jordano assentior ita explicanti (ind. lect. Regim. 1882/83 p. 14): ‚castum Jovis est purum Jovis, hoc est vel sacrificium Jovis vel epulum.'

cos. a. 633=121[4]) a Tiberio dedic. a. 763=10 p. C.[5]) a. d. XVII kal. Febr.=Jan. 16.[6])

**14.** Aedes Junonis Monetae in arce[1]) a L. Furio Camillo dict. bello cum Auruncis gesto vota a. 409=345[2]) dedic. a. 410=344[3]) kal. Jun.=Jun. 1[4]) prodigia a. 558=196, inter quae unum ad Monetae erat, maioribus hostiis procurata.[5])

**15.** Aedicula Concordiae in area Volcani[1]) vota pro populi concordia[2]) a Cn. Flavio curuli aedile dedic. a. 450=304.[3])

**16.** Aedes Salutis in colle[1]) a. C. Junio Bubulco cos. bello Samnitico vota a. 443=311[2]) locata ab eodem censore a. 448=306[3]) dict. dedic. a. 452=302[4]) non. Aug.=Aug. 5[5]) de caelo tacta a. 478=276[6]) 548=206[7]) 586=

---

13, [1]) Becker 311 Preller II 260 Jordan I 2, 332 Marquardt 569 Mommsen Herm. IX 287 R. Peter ap. Roscher M. W. 914. 916. [2]) Plut. Cam. 42. Ov. f. I 639 cf. Liv. VI 42; Liv. XXVI 23, 4 primum aedem commemorat a 543=211. [3]) Liv. XXXIX 56, 6 XL 19, 2 Jul. Obs. 59. [4]) Cic. p. Sest. 140 App. b. c. I 26 Aug. c. d. III 25 Mommsen l. c. et Jordan Eph. ep. I 236 non refecisse aedem a Furio Camillo exstructam Opimium sed novam alio loco aedificasse sine iustis causis putarunt, ut postea intellexit Jordan I 2, 333. [5]) fast. Praen: . . . *P. Dolabella C. Silano co[s]*. Dio LVI 24 sequuntur narrationem consules anni 764=11 p. C.; minor est fides Suet. Tib. 20, qui a. 12 p. C. dedicationem fieri narrat; Ov. f. I 645 triumphum, quem a. 747=7 Tiberius de Germanis egit, in illum annum transtulit. [6]) fast. Praen. ad. Jan. 16 C. I. L. I p. 384 Ov. f. I 639; num iam a Camillo hoc die dedicata sit, pro certo dici non potest.

14. [1]) Becker 409 Preller I 283 Jordan I 2, 108. [2]) Liv. VII 28, 4. 5. [3]) Liv. VII 28, 6. [4]) fast. Ven. ad Jun. 1 C. I. L. I p. 394 Ov. f. VI 183 Macrob. S. I 12. 30 Lyd. de mens. IV 57. [5]) Liv. XXIII 26, 7.

15. [1]) Becker 287 Preller II 261 Jordan I 2, 339 R. Peter ap. Roscher M. W. 914. [2]) Plin. h. n. XXXIII 19. [3]) Liv. IX 46, 6 L. Triemel, qui consecrationem ponit in a. 451=303 (N. Jahrb. 1889 p. 209 sq.), mihi non persuasit.

16. [1]) Becker 578 Preller II 235 Marquardt 376 Jordan comm. in hon. Momms. 356. [2—3]) Liv. IX 43, 25. [4]) Liv. X 1, 9. [5]) Cic. ad Att. IV 1, 4 fast. Vall. Amit. Ant. ad Aug. 5 C. I. L. I p. 398. [6]) Oros. IV 4, 1. [7]) Liv. XXVIII 11, 4. [8]) Jul. Obs. 71. [9]) Jul. Obs. 98.



166[8]) ara fulmine interrupta a. 641=113[9]) principatu Claudii exusta[10]) parietes pictae a. C. Fabio cos. a. 485=269[11]) supplicatio facta et maiores hostiae immolatae a. 548=206[12]) valetudinis causa decemvirorum monitu supplicatio habita a coronatis et lauream in manu tenentibus a. 574=180 Apollini Aesculapio Saluti.[13])

**17.** Aedes Victoriae in Palatio[1]) a. L. Postumio aed. cur. ex multaticia pecunia facienda locata, ab eodem cos. dedic. a. 460=294[2])

**18.** Aedes Quirini in colle[1]) a. L. Papirio Cursore cos. dedic. a. 461=293[2]) a. d. III kal. Jul.=Jun. 29[3]) de caelo tacta a. 548=206[4]) incendio deleta a. 705=49[5]) refecta usque ad a. 708=46[6]) dedicata ab Augusto a. 738=16[7]) supplicatio habita et hostiae maiores immolatae a. 548=206.[8])

---

[10]) Plin. h. n. XXXV 19. [11]) Plin. l. c. [12]) Liv. l. c. [13]) Liv. XL 37, 2, hac ex compositione apparet deam plane Romanam salutis publicae iam non discerni ab Hygiea; neque vero prorsus pristinam amisit naturam, cum vel Claudii temporibus augurium salutis susceptum sit (Tac. ann. XII 23).

17. [1]) Becker 420 Preller II 245 Lanciani bull. d. com. com. di Roma XI 1883 p. 206; in Palatio vetustissimum sacellum deae fuisse memoriae prodit Dion. I 32; a. 550=204 in aedem Victoriae, quae est in Palatio, Magna Mater Idaea perfertur (Liv. XXIX 14, 13); quid igitur obsistit, quominus putemus sacellum, ut saepius fit, aedi cessisse Prelleri sententia in Capitolio templum esse reiecta. [2]) Liv. X 33, 9.

18. [1]) Becker 509 Preller I 374 Jordan II 267 Eph. ep. I 231. 238. [2]) Liv. X 46, 7. [3]) fast Ven. ad Jun. 29 C. I. L. I p. 395. [4]) Liv. XXVIII 11, 4. [5]) Dio XLI 14, 3. [6]) Dio XLIII 45, 3 *ἄλλην τέ τινα εἰκόνα ἐς τὸν τοῦ Κυρίνου ναὸν θεῷ ἀνικήτῳ ἐπιγράψαντες . . . . ἐν τῇ Ῥώμῃ ἀνέθεσαν.* [7]) Dio LIV 19, 4. mon. Anc. IV 5 cf. Mommsen RGDA p. 53. aedem ob discordiam intestinam haud optime restitutam perfecerat Augustus et magnifico exornaverat porticu. [8]) Liv. XXVIII 11, 5 verba Livii IV 21, 9 *a Verginio senatus in aede Quirini consulitur* (a. 319=435) ad aliud dei templum in colle spectare puto, ubi sacra fiunt Febr. 17 cf. fast. Caeret. Farnes. Eph. ep. III 6 C. I. L. I p. 386 Ov. f. II 511 (Jordan l. c.); de sacro Aug. 23 vide cp. II h. diss.

**19.** Aedes Bellonae ad circum Flaminium [1]) ab Ap. Claudio cos. bello Etrusco vota a. 458=296 [2]) dedic. post a. 461=293 a. d. III non. Jun.=Jun. 3. [3])

**20.** Aedes Veneris ad circum maximum [1]) ex multaticio aere matronarum stupri damnatarum a. Q. Fabio Gurgite sc. aed. cur. construi coepta a. 459=295 [2]) dedic. post. a. 461=293 a. d. XIV kal. Sept.=Aug. 19. [3])

**21.** Aedes Jovis Victoris [1]) bello Samnitico vota a Q. Fabio cos. a. 459=295 dedic. post a. 461=293 id. Apr.=Apr. 13 aut id. Jun.=Jun. 13. [2])

**22.** Aedes Jovis Statoris in nova via [1]) Samnitico bello a. M. Atilio Regulo cos. vota a. 460=294 dedic. post. a. 461=293 [2]) dies natalis Augusti temporibus a. d. V kal. Jun.=Jun. 27. [3])

19. [1]) Becker 606 Preller II 247 Marquardt 75 Jordan ind. lect. Regim. 1885 p. 16 Proeksch ap. Roscher. M. W. 774. [2]) Liv. X 19, 17 Ov. f. VI 201 Plin. h. n. XXXV 12; recte sensit Urlichsius (chrestom. Plin. p. 337) verba: *qui consul cum P. Servilio fuit anno urbis CCLIX* postea explicandi causa adiecta e textu removenda esse. [3]) C. I. L. I p. 287 elog. XXVIII fast. Ven. ad Jun. 3 C. I. L. I p. 394 Ov. l. c.; hoc templum quattuorque, quae sequuntur dedicata esse post a. 461=293 inde conicio, quod Livius, qui tacet de dedicatione, cum votum commemoravit, consecrationem silentio praeterire non solet.

20. [1]) Becker 472 Preller I 434 a. 2. 446 Marquardt 375. [2]) Liv. X 31, 9 cf. Serv. ad Aen. I 720. [3]) fast. Vall. ad Aug. 19 C. I. L. I p. 399 librarii incuria scriptum est apud Fest. p. 265: *a. d. XIII kal. Sept.*

21. [1]) Becker 422 Preller I 198; nec quo loco exstructa sit nec quo die dedicata e testimoniis, quae adhuc exstant, diiudicare possumus; Jovis Victoris aram in Capitolio commemorat Dio XLVII 40, 2, aedem in regione X notitia (Jordan II 557). sacrificatur Jovi Victori id. Apr. (O. f. IV 621) Jovi Invicto id. Jun. (Ov. f. VI 649 fast. Tusc. *Jovi* C. I. L. I p. 395), e diversis cognominibus nil concludi potest, cum verbis magis quam re differant. [2]) Liv. X 29, 14.

22. [1]) Becker 112 Preller I 198 Richter Herm. XX 407; a Romulo eam esse conditam falso historici tradunt; de templo ad circum Flaminium ideo non est cogitandum, quod illud a Q. Caecilio Metello post a. 608=146 aedificatum est cf. aed. 40 a. 4. [2]) Liv. X 36, 11 cf. X 37, 15. 16. [3]) Ov. f. VI 793 ab Atilio templum idibus nescio quibus dedicatum esse veri est simile cf. cp. II h. diss.



**23.** Aedes Fortis Fortunae trans Tiberim [1]) a Sp. Carvilio cos. de manibiis Etruscis facienda locata a. 461=293 [2]) dedic. post hunc annum a. d. VIII kal. Jul.=Jun. 24 [3]) supplicatio habita et maiores hostiae immolatae a. 545=209. [4])

**24.** Aedes Aesculapii in insula [1]) pestilentia civitatem vexante ex libris Sibyllinis vota a. 461=293 [2]) dedic. a. 463=291 [3]) kal. Jan.=Jan. 1 [4]) refecta ante a. 711=43 fortasse a. 692=62 [5]) supplicatio habita a. 461=293 et a. 574=180 [6]) aegroti in ea sanantur. [7])

**25.** Aedes Summani ad circum maximum [1]) bello cum Pyrrho gesto vota intra a. 476=278 et 479=275 [2]) dedic. a. d. XII kal. Jul.=Jun. 20 [3]) de caelo tacta a. 557=197 [4]) hoc aliaque prodigia procurantur. [5])

23. [1]) Becker 479 Preller II 180 Marquardt 577 R. Peter ap. Roscher. M. W. 501; utrum ad miliarium primum sita fuerit an sextum, incertum est. ) Liv. X 46, 14. [3]) fast. Ven. Esq. Amit. ad Jun. 24. C. I. L. I p. 395. [4]) Liv. XXVII 11, 3.

24. [1]) Becker 651 Preller II 241 Marquardt 376 Jordan: comm. phil. in hon. Momms. p. 356 E. Thraemer ap. Roscher M. W. 626. [2]) Liv. X 47, 7. [3]) Liv. ep. XI cf. Fischer: Röm. Zeittafeln ad a. 463=291. [4]) fast. Praen. ad Jan. 1 C. I. L. I p. 382 Ov. f. I 290. [5]) Jordan l. c. p. 357. [6]) Liv. l. c.; XL 37, 2. [7]) Suet. Claud. 25 Fest. ep. p. 110 cf. Plin. h. n. XXIX 16.

25. [1]) Becker 473 Preller I 243 Marquardt 68 Jordan I 2, 98 a. 95. [2]) Ov. f. VI 731: *reddita quisquis is es Summano templa feruntur tum cum Romanis, Pyrrhe, timendus eras.* eodem tempore, cum inter alia prodigia in Capitolio deiectum esset Jovis signum, caput eius per haruspices inventum esse e Liv. ep. XIV comperimus cf. Cic. de div. I 10, 16; adsentior Prellero l. c. aedem propter illud prodigium constructam esse conicienti; epitomes narrationi praeeuntia verba Pyrrhum in Siciliam transiisse indicant, sequentia: Curium Dentatum, cum dilectum haberet, eius, qui citatus non responderet, bona vendidisse et regem vicisse ex Sicilia reversum; itaque cum Pyrrhus autumno a. 476=278 Italiam relinqueret et a. 479=275 a Dentato vinceretur, intra hos annos sine ullo dubio aedes vota est. [3]) fast. Ven. Esq. Amit. ad Jun. 20 C. I. L. I p. 395 Ov. l. c. [4]) Liv. XXXII 29, 1. [5]) Liv. l. c. quomodo prodigia procurata sint, auctor non addidit, sed quod nullo alio loco de graeco dei ritu audiamus, hic quoque conicere licet non per decemviros eum esse placatum.

**26.** Aedes Consi in Aventino [1]) a L. Papirio Cursore cos. vota a. 482=272 [2]) dedic. a. d. XII kal. Sept.=Aug. 21 [3]) ab Augusto dedic. post a. 760=7 p. C. prid. id. Dec.=Dec. 12. [4])

**27.** Aedes Telluris in Carinis [1]) dum proelium cum Picentibus committitur, campo tremente a T. Sempronio Sopho cos. vota a. 486=268 [2]) dedic. id. Dec.=Dec. 13 [3]) sacrificant deae flaminicae et aediles, lectisternia Augusti temporibus et postea habita. [4])

**28.** Aedes Palis bello cum Sallentinis gesto a M. Atilio Regulo cos. vota a. 487=267 [2]) dedic. a. d. XI kal. Mai.=Apr. 21. [3])

---

26. [1]) Becker 450 Jordan: de Vortumni et Consi aedibus Aventinensibus (Gratulationsschr. d. Königsbg. Univ. z. 50jährg. Jubil. d. Arch. Inst. in Rom. Königsbg. 1879). Wissowa ap. Roscher. M. W. 925. [2]) Fest. p. 209; a. aut 461=293 aut 482=272 aedem votam esse ratus Jordanus non respexit Livium X 46, 7, qui ita scribit: *aedem Quirini dedicarit (L. Papirius Cursor cos.); quam in ipsa dimicatione votam apud neminem veterem auctorem invenio.* Livium, cum hoc ipso loco accuratius fontes percenseret, aliam aedem Samnitico bello votam esse a consule si invenisset, silentio non praeteriturum fuisse facile sibi quisque persuadebit; inde sequitur, ut Papirius iterum consul votum fecerit, neque artissima illa quattuor numinum pastoralium Consi, Telluris, Palis, Vortumni societas disiungatur. [3]) fast. Vall. ad Aug. 21 C. I. L. I p. 399. [4]) fast. Amit. ad Dec. 12 C. I. L. I p. 408; de diversis diebus nataliciis vide cp. II h. diss.

27. [1]) Becker 524 Preller II 3 Marquardt 216 Jordan II 488; Jordanum (Preller l. c. a. 6) interrogantem, num forte aedes rotunda fuerit, effugisse opinor in ea haberi senatus (Cic. Phil. I 31 II 89), qui inauguratis modo in templis hoc est oblonga forma aedificatis haberi solet. [2]) Flor. I 19 fast. triumph. C. I. L. I p. 457. [3]) fast. Praen. Ant. ad Dec. 13 C. I. L. I p. 408 (in commentario falso exstat fast. Amit.) [4]) fast Praen. Tertull. de idol. 10 Arnob. VII 32.

28. [1]) Preller I 414 Jordan Eph. ep. I p. 336 Marquardt 207: ubi sedem dea habuerit, cum testimonia desint, in medio relinquamus oportet. [2]) Flor. I 20 fast. triumph. C. I. L. I p. 457. [3]) de die natalicio vide cp. II h. diss.



**29.** Aedes Vortumni in Aventino [1]) pugna cum Volsiniensibus iníta a M. Fulvio Flacco cos. vota a. 490=264 [2]) dedic. id. Aug.=Aug. 13. [3])

**30.** Aedes Jani ad theatrum Marcelli [1]) proelio navali ad Mylas commisso a C. Duilio cos. vota a. 494=260 [2]) dedic. a. d. XVI kal. Sept.=Aug. 17 [3]) ab Augusto refici coepta et dedic. a Tiberio a. 770=17 p. C. a. d. XV kal. Nov.=Oct. 18. [4])

**31.** Aedes Tempestatum in regione prima [1]) *cum paene est Corsis obruta classis aquis* a L. Cornelio Scipione cos. vota a. 495=259 [2]) dedic. kal. Jun.=Jun. 1. [3])

**32.** Aedes Spei in foro olitorio [1]) primo bello Punico ab A. Atilio Calatino cos. vota a. 496=258 [2]) dedic. kal. Aug.=Aug. 1 [3]) fulmine icta a. 536=218 [4]) incendio consumpta a. 541=213 et refecta a. 542=212 [5]) igni deleta a. 723=31 [6]) a Germanico dedic. a. 770=17 p. C. [7]) quod aedes de caelo tacta est, decemviri libros adire iussi. [8])

---

29. [1]) Becker 453 Preller I 455 Jordan: de Vortumni et Consi aedibus Aventinensibus Regim. 1879. [2]) Fest. p. 209; quam recte hoc anno quo M. Fulvius de Volsiniensibus triumphavit, votam esse aedem Jordanus coniecerit, cognosces etiam ex Prop. V 2 *nec paenitet (Vortumnum) inter proelia Volsinios deseruisse focos,* qui locus eum fefellit; sicut Juno Regina e Veiis ita e Volsiniis Vortumnus evocatione Romam videtur venisse. [3]) fast. Allif. ad Aug. 13 Eph. ep. III p. 85 fast. Vall. Amit. C. I. L. I p. 399.

30. [1]) Becker 259. 603 Preller I 177 Jordan II 267 Herm. IV 229. [2]) Tac. ann. II 49. [3]) fast. Vall. ad Aug. 17 C., I. L. I p. 399 fast. Allif. Eph. ep. III p. 85. [4]) Tac. l. c. fast. Amit. ad Oct. 18 C. I. L. I p. 404 de diversis diebus natalibus vide cp. II h. diss.

31. [1]) Becker 516 Preller I 331; Jordan II 542 Herm. XIV 575 aediculam fuisse censet. [2]) Ov. f. VI 193 C. I. L. I 32. [3]) Cic. de nat. deor. III 51 Ov. l. c.; non est, quod Mommsenus C. I. L. I p. 18 suspicetur: *Ovidium fortasse non tam propter diem dedicationis communem quam propter vicinitatem Tempestatem Martisubiunxisse.*

32. [1]) Becker 601 Preller II 254. [2]) Cic. de leg. II 28 Tac. ann. II 49; Calatinus consul fuit a. 496=258 et 500=254, dictator a. 504=250; votam existimo aedem esse a. 496, quo a Poenis consul circumclusus maxime habebat, quod Spei imploraret auxilium, ut cum suis incolumis hostium insidias effugeret; rationem enim intercedere inter deum, cui vovetur et causam, ex qua vovetur, nemo

**33.** Aedes Fidei in Capitolio [1]) primo bello Punico ab A. Atilio Calatino cos. vel dict. vota a. 500=254 aut 504=250 [2]) dedic. kal. Oct.=Oct. 1 [3]) refecta a M. Aemilio Scauro cos. a. 639=115. [4])

**34.** Aedes Jovis Libertatis in Aventino [1]) ex multaticia pecunia facta a Ti. Sempronio Graccho ante a. 516=238 [2]) dedic. kal. Sept.=Sept. 1 [3]) ab Augusto refecta. [4])

negabit. [3]) fast. Vall. Ant. ad Aug. 1 C. I. L. I p. 398 fast. Arv. Henzen CCXXXV. [4]) Liv. XXI 62, 4. [5]) Liv. XXIV 47, 16. [6]) Liv. XXV 7, 6. [7]) Dio L 10, 3. [8]) Tac. l. c. [8]) Liv. XXI 62, 6.

33. [1]) Becker 403 Preller I 252 Jordan I 2, 42 Mommsen ann. dell' inst. 1858 p. 202 Marquardt 23. 189. 336 Wissowa ap. Roscher. M. W. 1481; verisimile est templum tumultu Gracchano deletum esse cf. a. 4. [2]) Cic. de nat. deor. II 61 . . *ut Fides, ut Mens, quas in Capitolio dedicatas videmus, proxime a M. Aemilio Scauro; ante autem ab Atilio Calatino erat Fides consecrata.* Apud Ciceronem de leg. II 28 scriptum esse *recte etiam Spes a Calatino consecrata est* non ignarus Lambinus pro *Fides,* quam omnes codices exhibent, *Spes* substituendum esse censuit eumque editores secuti sunt mea quidem sententia necessitate, qua sola probari potest coniectura, non coacti; duae enim aedes quod ab eodem duce voventur, nil offensionis habet, cum idem de Furio Camillo, Aemilio Lepido aliisque comperiamus; verba ipsa cum praeeuntibus *ut Fides, ut Mens, quas in Capitolio dedicatas videmus* comparata nullam praebent difficultatem; adverbia enim *proxime* et *ante* ita inter se opponuntur, ut auctor dicere velit: primum Fidei aedes (ante dea habebat sacellum) dedicata est a Calatino et *Mentis ab Otacilio,* si scivisset adiecturum fuisse eum opinor, deinde utraque iterum a Scauro est consecrata; qua interpretatione si rem tetigi, nemo dubitabit, quin A. Atilius aut iterum consul aut dictator (cf. aed. 32 a. 2) votum fecerit. [3]) fast. Arv. ad. Oct. 1 Henzen CCXXXVIII fast. Amit. C. I. L. I p. 403. [4]) Cic. de nat. deor. II 61.

34. [1]) Becker 460 Preller II 253 Jordan Eph. ep. I p. 236 Marquardt 23. [2]) Liv. XXIV 16, 19 Sempronium aedilem faciendam aedem curasse inde apparet, quod ex multaticia pecunia eam locavit; idem cum a. 516=238 consulatu functus sit et aedilitate, uti mos est, nonnullis annis ante, a verisimilitudine non aberrabimus ultimis primi belli Punici annis aedificari coeptam esse aedem existimantes; quod autem non raro fit, ut, qui in aliquo magistratu aedem vovet, alium adeptus eam dedicet, mecum facies, si a Sempronio consule a. 516=238 statues templum esse dedicatum. [3]) fast. Arv. ad Sept. 1 Henzen CCXXXVI; hoc die ab Augusto dedicata est cf. cp. II h. diss. [4]) mon. Anc. IV 6 cf. Mommsen RGDA p. 81.



**35.** Aedes Juturnae in campo [1]) in proelio ad Aegates insulas a Q. Lutatio Catulo cos. vota a. 513=241 [2]) dedic. a. d. III id. Jan.=Jan. 11. [3])

**36.** Aedes Minervae Captae in Caelio [1]) bello cum Faliscis gesto vota a. 513=241 [2]) dedic. a. d. XIV kal. Apr.=Mart. 19. [3])

**37.** Aedes Florae ad circum maximum [1]) libris Sibyllinis inspectis ex aere multaticio a L. et M. Publiciis aed. pl., ut omnia bene deflorescerent, facta a. 516=238 [2]) dedic. a. d. IV kal. Mai.=Apr. 28 [3]) Augusti aetate dies natalis id. Aug.=Aug. 13 [4]) refecta a Tiberio a. 770=17 p. C. [5]) postremum restaurata a Q. Aurelio Symmacho cos. a. 391 p. C. [6]) ludi Florales una cum aede condita instituti graeco more celebrantur [7]) annui fiunt a. 581=173. [8])

Temporum ordine, quo aedes conditae sunt, quantum ex annalium fastorumque reliquiis fieri potuit, destinato iam primum videamus, qua ratione sacra eidem numini compluriens per annum facta possint explicari, quoque modo dies aedium natales et veteres dies festi in hemerologiis maioribus litteris significati cohaereant; quod ut facilius perspiciatur, omnium et sacrorum, de quibus fasti aut inter se aut a rerum scriptoribus dissentiunt, et veterum dierum festorum, in quos natalicii dies aedium incidunt, elenchum praebebo:

Saturnus

Dec. 17. SAT(URNALIA)

*feriae Saturn(o)* — f. Maff.

*fer(iae) Saturno* / *Saturn(o) ad for(um)* } f. Amit.

---

Ceres

Apr. 19. CER(IALIA)

mense Aug.[1]) anniversarium Cereris — Liv. XXII 56, 4.

Oct. 4 *ieiunium Cereris* — f. Amit.

---

[1]) sacrum intra XXX dies (Liv. XXII 56, 4 XXXIV 6, 15 Plut. Fab. Max. 18; Fest. ep. p. 97 falso C dies), quibus ad Cannas interfectos matronis licuit lugere, omissum cum pugna Cannensis a. d. IV non. Sext. (Macrob. S. I 16) committeretur, aliis annis factum esse mense Sextili nemo negabit.



Castor et Pollux

Jul. 15 aedes dedicata — Liv. II 42, 5 Plut. Coriol. 3.

Jan. 27 *aedes dedicata* — f. Praen. Ov. f. I 705.

---

Mater Matuta

Juni 11 MATR(ALIA)

*Matri Matutae* — f. Ven. Ov. f. VI 473.

---

Quirinus

Febr. 17 QVIR(INALIA)

*Quirino in colle* — f. Caeret Farnes. Ov. f. II 511.

Jun. 29 *Quirino in coll(e)* — f. Ven. Ov. f. VI 795.

Aug. 23 *Quirino in colle* — f. Arv.

---

Consus

Aug. 21 CONS(UALIA)

*Conso in Aventino sacrificium* — f. Vall.

Dec. 15 CONS(UALIA)

*fer(iae) Conso* — f. Praen. Amit.

Dec. 12 *Conso in Aventino* — f. Amit.

Jul. 7 *sacrificium ad aram Consi* — Tertull de spect. 5.

---

Janus

Aug. 17 PORT(UNALIA)

*Jano ad theatrum Marcelli* — f. Allif. Vall.

Oct. 18 *Jano ad theatrum Marcelli* — f. Amit.

---

Flora

Apr. 28 *lud(i) Flor(ae)* — f. Maff. Caeret.

*ludi Florae . . . . eodem die aedis Florae, quae rebus florescendis praeest, dedicata est propter sterilitatem frugum* — f. Praen. Ov. f. IV 947 V 183.

Aug. 13 *Florae ad circum maximum* — f. Allif.

---

Volcanus

Aug. 23 VOLC(ANALIA)

*Volk(ano) in comit(io)* f. Arv.
*Volcano* f. Pinc.
*Volcano in circo Flaminio* f. Vall.
*Volcano [in circo Flaminio]* f. Arv.

Mai 23 TUBIL(USTRIUM)

*fer(iae) Volc(ano)* f. Ven. Amit.

Neptunus

Juli 23 NEPT(UNALIA)

*ludi fer(iae) Nept(uno)* f. Pinc. Allif.
Sept. 23 *Neptuno in campo* f. Arv.
Dec. 1 *Neptuno ad circ(um) Flami[n](ium)* f. Amit.

Minerva

Mart. 19 QVIN(QVATRUS)

dies natalis Minervae Captae in Caelio Ov. f. III 837
*Minerv* f. Farnes.
*artificum dies* | *quod Minervae* Mommsen | *quibus Minervae* Jordan |
*aedis in Aventino eo die est* | *dedicata* Mommsen | *attributa* Jordan | f. Praen.

Jun. 19 *Minervae in Aventino* { f. Esq. Amit. Ov. f. VI 725 }

Ops

Aug. 25 OPIC(ONSIVA)

*feriae Opi* f. Arv.
*Opi in Capitolio* f. Vall.
Aug. 23 *Opi Opif(erae)* | *ad lacum Juturnae* Mommsen Henzen | *in Capitolio* Jordan | f. Arv.

Dec. 19 OPAL(IA)

*fer(iae) Opi, Opi ad forum* f. Amit.



Vediovis

Jan. 1 *Vediovi in insula* f. Praen. Ov. f. I 293
Mart. 7 *[Vedi]ovi artis Vediovis inter duo lucos* f. Praen. Ov. f. III 429

Mai. 21 AGON(IA)

*Vediovi* f. Ven.

Fortuna Primigenia

Mai. 25 *Fortunae Prim(igeniae) in col(le)* f. Ven.
*Fort(unae) P(ublicae) Pr(imigeniae) in col(le)* f. Esq.
*Fortunae P(ublicae) p(opuli) R(omani) Q(uritium) in colle Quirin(ali)* f. Caeret.
*Fort(unae) Prim(igeniae) in c(olle)* f. Arv.

Magna Mater

Apr. 4—10 Megalesia
Apr. 10 *ludi in circo M(atri) D(eum) M(agnae) I(daeae) in Pal[atio] quod eo die aedis ei dedicata est* f. Praen.

Hercules

Aug. 12 *Herculi Invicto ad circum maxim(um)* f. Amit.
*Herculi In* f. Allif.
*[Herculi] Victori* f. Arv.
*Herculi Magno Custodi in circo Flaminio* f. Vall.
Jun. 4 *Herc(uli) Magn(o) Custo(di)* f. Ven. Ov. f. VI 209.
Aug. 13 *Herc Invicto ad portam Trigeminam* f. Allif.

Liber

Mart. 17 LIB(ERALIA)

*Libero Lib(erae)* f. Caeret.
*Libero in Cap(itolio)* f. Farnes.

Portunus

Aug. 17 PORT(UNALIA)

*fer(iae) Portuno ad pontem Aemilium* f. Allif.

*feriae Portuno Portuno ad pontem Aemilium* f. Amit.
*feriae Portuno* f. Ant.

Volturnus

Aug. 27 VOLT(URNALIA)
*Volturno flumini sacrificium* f. Vall.
*Voltorno* f. Pinc. Pigh.
*feriae Voltorno* f. Arv.

Mars

Juni 1 aedes extra portam Capenam dedicata Ov. f. VI 191.
Sept. 23 *Marti, Neptuno in campo* f. Arv.
Mai 12 *ludi Mart(i) in circ(o)* f. Maff.
Mai 14 *Marti Invict(o)* f. Ven.

Quibus addi oportet omnes et idus et kalendas, si qua sacra cum iis coniuncta sunt, cum alterae Jovi, alterae Junoni antiquitus sacrae essent (C. I. L. Mommsen I p. 375).

Apr. 13 aedes Jovis Victoris dedicata Ov. f. IV 621.
Juni 13 aedes Jovis Invicti dedicata Ov. f. VI 649.
*Jovi* f. Tusc.
*feriae Jovi* f. Ven.
Febr. 1 aedes Junonis Sospitae in Palatio dedicata Ov. f. II 55.
Mart. 1 *Jun[o]ni Lucinae Esquiliis, quod eo die aedis ei [dedica]ta est* f. Praen. Ov. f. III 245.
Jun. 1 *Junoni Monet(ae)* f. Ven. Ov. f. VI 183.
Sept. 1 *Junoni Reginae in Aventino* f. Arv.

Ad quaestionem ipsam antequam accedamus, ii dies removendi sunt, quibus nil est adnotatum nisi ferias alicui numini habitas esse; quas solas templi diem natalicium non significare iam recte intellexit Mommsen C. I. L. I p. 375 *a simplici autem sacrificii deo alicui stato die publice offerendi indicatione feriarum adnotatio ita differt, ut illa diei ius non attingat maneatque, si ita fuit ante comitialis, haec vero diem eximat ex numero profestorum.* Hanc sententiam illud quoque argumentum confirmare videtur, quod et feriae et sacrum aedis dedicatae anniversarium, si in eundem diem incidunt, utraque in hemerologiis adscribuntur [1]. Neglectis igitur diebus sola feriarum adnotatione conspicuis, hi veteres dies festi, quibus consecrata sunt templa, relinquuntur: Saturnalia, Matralia, Quinquatrus, Volcanalia, Portunalia, Volturnalia Lupercalia, [2] Liberalia, Idus Apriles, Juniae, Septembres, [3] Kalendae Februariae, Martiae, Juniae, Septembres. Aliam consuetudinem sequi videntur et aedes Cereris, Neptuni, Martis, qui alio die sacrum accipiunt, et Quirini, Jani, Consi, Opis, Fortunae Primigeniae, Herculis Magni Custodis, quibus bis terve per annum sacrificatur. Sed cum longe plerasque aedes ipsis diebus festis antiquioribus videamus consecratas, certe contra rationem ageremus dies dedicationis et veteres illos festos ullo modo inter se cohaerere negantes. Jordanum ipsum de Consi et Vortumni aedibus Aventinensibus p. 2 dies templorum natales a festis illis seiungendos esse iudicantem, si hunc elenchum perlustrasset, concessurum fuisse puto recte a me hanc legem constitui: initio omnes aedes, si diis deabusve earum antiquitus dies fuerit sacratus neque altero templo occupatus, illo ipso dedicatas esse; quae vero huius regulae expertes esse videntur, de iis ita me acturum esse spero, ut iam nemo dubitet, quin illis lex a me constituta non labefactetur.

Apr. 19, quo Cerialia celebrantur, solis in fastis Maff. et Praen. diei ratio exstat, [4] quorum illi nullius numinis nisi Mentis sacrificium indicant, hi ita sunt truncati, ut coniectura Cerialibus aedem Cereris dedicatam esse ex iis refutari nequeat; sacrum anniversarium mense Augusto



[1]) in fastis Allifanis incuria quadratarii ad Aug. 17 semel *Portuno* excidisse arbitror idque facile potuisse fieri, cum bis idem nomen repetatur; fasti Amiternini exhibent *Feriae Portuno, Portuno ad pontem Aemilium* et *Fer(iae) Opi Opi ad forum.*

[2]) cf. aed. 48 a. 4.

[3]) cf. aed. 1 a. 3.

[4]) hemerologium Caeret. *ludi, Cereri in circo* haud scio an me adiuvet.

factum (cf. p. 34 a. 1) eadem ratione differe existimo ab aedis die natali, qua Bonae deae sacrum, quod mense Decembri fieri memoriae produnt Plut. Cic. 19 Dio XXXVII 35 cf. Cic. de har. resp. 37, a natalicio templi die kalendis Maiis celebrato (Ov. f. V 148 Macrob. S. I 12, 18. 21); ieiunium Cereris anno demum 563=191 institutum et Tiberii aetate quotannis celebratum Oct. 4 ad dedicationem aedis non pertinere nemo est qui deneget. Nil igitur obstat, quominus templum Cereris Cerialibus consecratum esse putemus.

De Opis sacris quaesituro mihi res est cum viris doctissimis Mommseno et Jordano, quorum alter (C. I. L. I p. 408 ad Dec. 19) aedem Saturni vult etiam appellari posse *Opis et Saturni* nec diversam esse ab Opis aede in Capitolio, alter (Eph. ep. III p. 57 sq.) ut omnia templa deum Romanorum, ita illud quoque uno nomine significari; qua in re illi congruunt, sacrum in fastis Amit. ad Dec. 19 adnotatum ad aedem Saturni spectare, equidem ab iis dissentio. Ac primum quidem, quod apud omnes rerum scriptores *templum Saturni* nuncupatur, Opem, si modo et ipsa in eo sedem acceperit, dei *σύνναον*, quae vocatur, fuisse nemo negabit; quod si concesseris, omnes fastos mecum perscrutare ne unum quidem exemplum invenies, quo sacra non possessori sed soli *συννάῳ* fieri demonstrare possis; itaque statuendum est Opem suam ipsius sive aedem sive aediculam habuisse ad forum eamque non eandem fuisse atque in Capitolio, quoniam (id quod Jordan Eph. ep. III p. 61 ostendit et ipse ego confirmare possum) fastorum editores in propriis vocabulis usurpandis ita inter se consentiunt, ut vel praepositiones *ad* et *in* aegre ab iis commutentur; quibus igitur argumentis Mommsenus fulcire se suam sententiam putabat, iis ipsis refellitur; adde quod Ops cum Conso, cum Saturno Lua coniuncta est, adde quod ubique templi possessor, non *σύνναος* primum, si ex ordine enumerantur, tenet locum, ut Juppiter Juno Minerva, Ceres Liber Liberaque, Liber Libera, Castor Pollux; haec argumenta qui cum Jordani rationibus



contulerit, concedet tempore, de quo nobis agendum est, Romae neque ullam fuisse aedem Opis et Saturni neque Opi esse ad Saturni immolatum.[1] Restat ut de sacro

*Opi Opifer(ae)* [*ad lacum Juturnae* Mommsen Henzen<br>
*in Capitolio* Jordan]

in fastis Arv. ad Aug. 23 adscripto paucis dicatur; quo die praeter Opem sacrificatur: *Volcano [in circo Flaminio Juturnae et Nymp]his in campo . . . . . Quir(ino) in colle Volk(ano) in comit(io)*; sed nullius diem natalem celebrari puto nisi Volcani, cui reliqua numina aggregantur haud scio an propterea, quod diis deabusque, qui incendia aut efficiunt aut avertunt, eo die supplicandum esse putabatur; quamquam Quirini sacrum, si modo litterae haud faciles cognitu recte leguntur *Quir(ino) in colle*, praebet difficultates; sed coniecturam meam aliquantum confirmat, quod in ceteris fastis et prioris (Pinc.) et recentioris (Vall.) aetatis nullum nisi Volcani sacrum ad Aug. 23 adnotatum invenimus.

Sacra Quirini Febr. 17 et Jun. 29 ad diversas aedes pertinere monstravit Jordan eph. ep. III p. 238, de tertio vide, quae supra dixi.

Quid de sacris Fortunae Primigeniae Nov. 14 et Herculis Magni Custodis Aug. 12 factis cogitem, exposui in catalogo aed. 49 a. 4, 76 a. 3. 4.

Vediovis et Agonia num qua ratione conectantur, cum nesciamus nec sit, quod sacrum in fastis Ven. ad Mai. 21 additum revocemus ad templa dei in insula vel inter duos lucos, Jordani coniecturam (comm. phil. in hon. Momms. p. 361), ita mutatam, ut aut Livii XXXV 41, 8

[1]) Jordan I 2, 365 a. 73 Mommsenum Eph. ep. I p. 37 secutus sententiam ita mutavit ut ad Opis sacrarium in regia (Varro l. l. VI 22) utrumque sacrum et Aug. 25 et Dec. 19 factum pertineat, sed praeterquam quod non intellegitur, cur bis per annum eidem numini immoletur, diversae significationes *in regia* et *ad forum* hanc coniecturam repellunt.

aut librarii culpa pro *VEDIOVI DVEIOVI* scriptum sit, probandam esse censeo ad aedemque dei in arce sacrum referendum.

Antiquiores aedes Martis Equirriis aliisque dei festis consecratas esse etsi certis argumentis ostendi nequit, tamen non est veri simile eas ex omnibus solas regulam violasse.

Neptuno et Minervae Dec. 1 et Jun. 19 sacra fieri inde potest explicari, quod dedicantes morem a patribus traditum Augusti temporibus paulatim minus accurate observarunt saepiusque accidit, ut refectae aedes diem dedicationis commutarent; cum fasti Pinc. Neptunalibus Jul. 23 sacrum nullum exhibeant, fast. Amit. ad Dec. 1 adscribant, recte concluseris templum dei a Cn. Domitio sc. consule a. 722=32 restitutum intra a. 722 et 724 consecratum esse.[1])

Aedem Minervae in Aventino Augustus restauravit (mon. Anc. IV 2), sed dies natalis utrum idem manserit an in alium sit translatus, si quis quaerat, repugnare inter se videntur fast. Praen. ad Mart. 19: *artificum dies* [*quod Minervae*] *aedis in Aventino est* [*dedicata*] — sic lego cum Mommseno — et fast. Esq. Amit. ad Jun. 19: *Minervae in Aventino*; haec dissensio, quam frustra per vim tollere conatur Jordan Eph. ep. I p. 236, haud difficulter solvi potest; in fastis enim Praen. si diligenter eos perlegeris, non te praeteribit omnes deos quorum dies natalicii, id quod alia quoque eiusdem temporis testimonia docent, aetate Verrii aguntur, tertio casu adnotari:

Febr. 5 *Concordiae in arce.*
Mart. 1 *Junoni Lucinae.*
Mart. 7 *[Vedi]ovi.*
Mart. 31 *Lunae in Ave[ntino].*

[1]) Sacrum in fastis Arv. ad Sept. 23 additum *Neptuno in campo* ad aliud delubrum pertinere propterea suspicor, quod significationes *in campo* et *ad circum Flaminium* hemerologia non promiscue usurpant.



Apr. 5 *Fortunae Publicae Citerio[ris] in colle.*
Apr. 10 *M*(*atri*) *D*(*eum*) *M*(*agnae*) *I*(*daeae*) *in Pal[atio].*
Dec. 13 [*Telluri in Cere*]*ri in carinis.*
Dec. 22 [*Laribus Perma*]*rinis in port*[*icu Min*]*uci*[*a*].

(De templis Concordiae et Castoris vide qua infra disputabo).

Quod cum hoc loco secus se habeat, ex verbis illis nil sequitur, nisi ut Quinquatribus dea sedem acceperit, neque prohibemur putare diem dedicationis postea commutatum esse. Itaque quod fast. Ven. omnium accuratissimi sacrificium iam in fastis Esq. ad Jun. 19 adscriptum omittunt, aedes intra annos 725 et 757 restituta esse putanda est.

Neque aliter cogitandum esse de templo Consi inde conicere licet, quod veteriores fasti Vall. sacrum Consualibus Aug. 21 adiciunt, recentiores Amit. Dec. 12; aedem igitur iterum consecratam esse post a. 760 facile tibi persuadebis. Tertull. de spect. 5, qui ad aram Consi sacrificari non. Jul. narrat, aram dicit ad circum maximum.

Eadem ex causa non est, quod cum Mommseno C. I. L. I p. 385 et Jordano Eph. ep. I p. 236 Top. I 2, 369 Livium aedem Castoris dedicatam esse id. Jul. narrantem falso diem pugnae Regillensis natalem templi fecisse existimemus; immo vero cum id. Jul. transvectio equitum fieret (Liv. IX 46), nonne est veri simillimum eodem die eam institutam esse, quo nobilissimi equitum patroni sacris celebrantur?[1])

[1]) non tantum valent causae Mommseni, ut hac sententia recedere me cogant; sicut enim ad Jan. 16 verba *Concordiae Au[gustae aedes dedica]ta est P. Volabella C. Silano cos.* postea adiecta sunt, ita, qui fastos Praen. accuratissime percensuerit, nescio an inventurus sit secunda manu adscripta esse verba ad Jan. 17 *aedes [Castoris et Po]llucis dedica[ta est . . .]*, quod eandem formam speciemque additamentum ostendit; inde etiam intellegitur, cur Tiberii nomen omissum sit; Ostienses ludos quo iure Mommsenus Tiberii aetate antiquiores habeat ignoro; itaque meo quidem iudicio aedes a. 270 id. Quinct., a 759 a. d. VI kal. Febr. consecrata est.

Ex his quae disserui, si quis nondum satis intellexit, quam non recte Jordan Eph. ep. I p. 235 refectione templi nunquam diem natalem loco moveri contenderit, is, ubi mecum pertractaverit aedes Jani, Florae eorumque deum, quorum sacra natalicia soli auctores indicant, iam non dubitabit, quin viri illius doctissimi falsa fuerit opinio. Exstat in fast. Allif. et Vall. ad Aug. 17 *Jano ad theatrum Marcelli*, idem ad Oct. 18 in fastis Amit.; praeterea scimus aedem a. 770 a Tiberio dedicatam esse (Tac. ann. II 49); quod igitur in fastis Amit. deo non Aug. 17 sed Oct. 18 sacrificatur, num alia re declarari potest quam commutatione diei natalis?

De aede Florae fasti Praen. praebent ad Apr. 28: *ludi Florae . . . eodem die aedis Florae, quae rebus florescendis praeest, dedicata est propter sterilitatem frugum*, fast. Allif. ad Aug. 13 *Florae ad circum maximum*. Cum Verrius tertium casum non addiderit, idem quod de aede Minervae in Aventino est iudicandum: primum aedem dedicatam esse a. 516 Apr. 28, refectae diem natalem in Aug. 13 transiisse idque ante a. 725.

Solis a rerum scriptoribus traditos harum aedium dies natalicios habemus, quos ita enumerabo, ut separatim afferam eos fastos, in quibus dies ille exstat, qui tamen sacrum non exhibent:

| | | | |
|---|---|---|---|
| Jan. 11 | Juturnae | Ov. f. I 463 | Praen. |
| Febr. 1 | Junonis Sospitae in Palatio | Ov. f. II 55 | — |
| Apr. 1 | Veneris Verticordiae | Ov. f. IV 133 | Praen. |
| Apr. 13 | Jovis Victoris | Ov. f. IV 621 | — |
| Mai 1 | Bonae Deae | Ov. f. V 148 Macrob. S I 12, 21 | Ven. |
| Mai 12 | Martis Ultoris in Capitolio | Ov. f. V 545 | Tusc. Ven. |
| Jun. 1 | Martis ad portam Capenam | Ov. f. VI 191 | Ven. |



| | | | |
|---|---|---|---|
| Jun. 1 | Tempestatum | Ov. f. VI 193 | Ven. |
| Jun. 11 | Fortunae in foro boario | Ov. f. VI 569 | Tusc. Ven. |
| Jun. 11 | Concordiae in porticu Liviae | Ov. f. VI 633 | Tusc. Ven. |
| Jun. 27 | Jovis Statoris in Palatio | Ov. f. VI 793 | Ven. Esq. |
| Jun. 27 | Larum Publicorum | Ov. f. VI 791 | Ven. Esq. |
| Jun. 30 | Herculis Musarum | Ov. f. VI 797 | Ven. Esq. |
| Jul. 6 | Fortunae Muliebris | Dion. VIII. 55 | Amit. Ant. |
| Aug. 1 | Martis Ultoris in foro Augusto | Dion. LX 5 | Vall. Amit. Ant. |

Sacrificia Junonis Sospitae, Jovis Victoris, Concordiae in fastis non inveniri non est quod miremur, cum Febr. 1 amissus sit, mutilus Apr. 13, aedes Concordiae a. demum 747 i. e. post conscriptos fastos Tusc. Ven. aedificata. Templum Herculis Musarum a L. Marcio Philippo, imperatoris socero, restitutum est (Ov. f. VI 801 Suet. Aug. 29), Larum Publicorum ab Augusto (mon. Anc. IV 7), Bonae Deae a Livia (Ov. f. V 148); inde igitur, quod dies dedicationis in fastis Ven. et Esq. desiderantur, recte conicias aedes post a. 726 consecratas esse. Templa Fortunae in foro boario, Martis, Jovis Statoris, Tempestatum, Juturnae, quamquam aetate Augusti ea esse refecta nullum habemus testimonium, tamen quod natalem diem ab Ovidio commemoratum antiquiores fasti omittunt, in eorum magno numero ponenda esse censeo, quae Augustus (mon. Anc. IV 17) redintegrasse se gloriatur; quod si recte conieci, elencho comparato videbis quattuor prima restaurata esse post a. 726, ultimum post a. 752; Fortunae Muliebris aedes, cuius sacrum fasti Amit. et Ant. praetereunt, num ultra liberae rei publicae tempora sit servata, pro certo dici non potest. De templis Veneris Verticordiae, Martis Ultoris in Capitolio et in foro Augusto cf. Mommsenum C. I. L. I p. 390 ad. Apr. 1 et p. 392 ad Mai 12.

Silent et hemerologia et rerum scriptores de aedibus hisce:

Bellonae Pulvinensis
Concordiae in area Volcani
Dianae ad circum Flaminium
Dii Fidii in insula
Felicitatis in Velabro
Felicitatis in comitio
Florae in colle
Fontis
Fortunae Equestris ad theatrum lapideum
Fortunae huiusque diei in Palatio
Honoris et Virtutis ad portam Capenam
Honoris et Virtutis (Marii)
Honoris ante portam Collinam
Jovis Feretrii in Capitolio
Junonis Reginae } ad circum Flaminium
Jovis Statoris } ad circum Flaminium
Junonis Sospitae in foro olitorio
Juventatis in circo maximo
Minervae (Pompei)
Palis
Pietatis in foro olitorio
Penatium deum in Velia
Solis ad circum maximum
Veneris Erucinae in Capitolio
Victoriae in Palatio
Victoriae Virginis
Virtutis (Scipionis).

Secundum legem, quam supra statui, Parilibus Apr. 21 sedem accepit Pales, Fons Fontinalibus Oct. 13. Causae cur de reliquarum aedium diebus nataliciis nil noverimus, sunt divorsae: aliae antequam fasti Juliani componerentur, dirutae sunt, sicut Pietatis a Caesare, ut vacuo loco theatrum construeret, Fortunae Equestris, cuius cognomen iam a. 775 Romae ignotum fuisse Tacitus ann. III 71 auctor est,[1] aliae

[1]) cf. aed. 63 a. 4. usque ad a. 740 minora fastorum fragmenta sunt servata.



memoriae nostrae detractae sunt voluntate quadratariorum, compluria sacra certe venerunt in oblivionem, quod dies, quibus fiebant, in fastis aut plane exciderunt aut ita sunt truncati, ut nil nisi maiores litterae relinquantur; his adnumera hemerologio Maff. excepto: Febr. 1—4, 6—12, 14 Mart. 3—5, 12, 13. Apr. 7—9 Nov. 21—30 Dec. 25—31.

Aedes quas ordine enumeravi, si perlustraveris, quo loco singulae conditae sint ratione habita non te fugiet de templis deum indigetum aut intra aut extra pomerium[1]) condendis certam legem apud Romanos nullo tempore exstitisse et in aedibus peregrinorum numinum aedificandis aliam rationem eos secutos esse ante a. 537=217, aliam post hunc annum, quo Graecorum duodecim dii principales a Romanis iam non distingui lectisternium, quod tum factum est,[2]) luculentissime docet; quod quam vere dictum sit quamque non recte Jordanus Herm. VI 316 deos peregrinos usque ad finem liberae rei publicae excepta Magna Matre iure pomerii usos esse neget, ex hisce tabellis facile cognosces.

Templa deum indigetum eorumque, qui ex Italiae oppidis Romam venerunt, habes

| intra | extra |
|---|---|
| pomerium | |
| Jovis Optimi Maximi in Capitolio | Fortunae Muliebris via Latina |
| Saturni ad forum | Matris Matutae in foro boario |
| Castoris ad forum | Junonis Reginae in Aventino |
| Dii Fidi in colle | Martis extra portam Capenam |
| Junonis Lucinae in Esquiliis | Bellonae ad circum Flaminium |
| Concordiae ad forum | Veneris ad circum maximum |
| Junonis Monetae in arce | |
| Concordiae in area Volcani | |

[1]) de pomerio cf. O. Richter: Handbuch der classischen Altertumswissenschaft ed. Iw. Mueller III p. 755.
[2]) Liv. XXII 10, 9.

Salutis in colle
Victoriae in Palatio
Quirini in colle
Jovis Statoris in nova via
Telluris in carinis
Fidei in Capitolio
Minervae Captae in Caelio
Concordiae in arce
Fortunae Primigeniae in colle
Veiovis in arce
Victoriae Virginis in Palatio.

Fortis Fortunae trans Tiberim
Summani ad circum maximum
Consi in Aventino
Vortumni in Aventino
Jani ad theatrum Marcelli
Tempestatum in regione I
Spei in foro olitorio
Jovis Libertatis in Aventino
Honoris et Virtutis ad portam Capenam
Juturnae in campo
Feroniae in campo
Volcani ad circum Flaminium
Minervae in Aventino
Neptuni ad circum Flaminium
Vediovis in insula
Fauni in insula
Junonis Sospitae in foro olitorio
Juventatis ad circum maximum.

(de templis post bellum Syriacum exstructis vide infra.)

Junonem Reginam, Venerem, Vortumnum, Feroniam, Junonem Sospitam extra pomerium locum accepisse, cum eorum cultus ex Italiae oppidis Romam venisset, si quis existimet, eo refutatur, quod Castori et Polluci, Minervae Captae, Fortunae Primigeniae, quae numina et ipsa non ab initio Romae colebantur sed Tusculo, Faleriis, Praeneste accersebantur, intra pomerium sedes paratae sunt. At aedes Martis, Bellonae, Volcani, ut extra urbem fierent, naturam deorum poposcisse forsitan quis dixerit et Fortunae Muliebri delubrum eo loco conditum esse, quo Coriolanus matris et



mulieris precibus motus signum receptui dedisse putabatur; sed licet hoc verum sit, reliqua tamen templa pleraque frustra quaesieris, cur urbe exclusa esse videantur.

Omnes aedes, quas ex libris Sibyllinis constructas esse scimus, ante a. 537=217 extra pomerium sitas fuisse hic elenchus tibi persuadebit:

Aedes Mercurii ad circum maximum[1])
Aedes Cereris ad circum maximum
Aedes Apollinis ad theatrum Marcelli
Aedes Aesculapii in insula
Aedes Florae ad circum maximum.

Hac lege post a. 537 neglegi coepta templa Mentis, Veneris Erucinae, Matris Magnae, quamquam decemviri fatalibus libris inspectis fieri ea iusserant, intra pomerium aedificata sunt; ac ne alias causas quaeras, cur inde ab illo tempore usque ad Caesaris aetatem illi soli adversus pristinam consuetudinem sedes in Capitolio et Palatio acceperint, scito post bellum Syriacum cum Antiocho gestum, quod incolarum numero in dies magis magisque crescente interioris urbis locus privatis aedibus occupabatur, omnia fere deorum delubra extra pomerium condita esse et commutationem tum demum factam, cum Caesar et Augustus imperatoria potestate instructi continua aedificia magno pretio empta subruebant, ut novis operibus moliendis locum sibi pararent; ita promiscue dii et indigetes et peregrini intra pomerium domicilia ab iis acceperunt:

Venus Genetrix in foro Caesaris
Felicitas in comitio
Divus Julius in foro
Apollo in Palatio
Concordia in porticu Liviae
Mars Ultor in foro Augusto.

[1]) etsi nullum certum testimonium habemus aedem ex libris Sibyllinis exstructam esse, tamen veri simile habuerim, quod iam primi lectisternii a. 355=399 (Liv. V 13, 6) deus particeps est.

Quam ob rem aedes Opis Opiferae, Opis ad forum, deum Penatium, Larum Publicorum, Florae, Liberi, quae post a. 564=190 primum commemorantur, interiore tamen in parte urbis sita sunt, secundo a. C. saeculo antiquiores esse censeo.

---

Restat, ut de ratione inter veterum delubrorum et aedium recentiorum locos intercedente pauca dicamus; ad hanc quaestionem recte solvendam deos, qui antequam maiore pulchrioreque ornatu magnificis in templis colebantur, vetustiora fana sine tecto possidebant, enumerare non erit inutile; quo in numero non modo eos habendos esse censeo, quorum sacella ipsa rerum scriptores commemorant — immo vero in hac re minima digni sunt fide, quod, si cuius delubri ignorant originem, a regum temporibus eam repetere solent — sed illos potissimum, quibus vel flamines attribuuntur vel veteres dies festi sacrati sunt vel antiqua loca nomina debent. Respectis igitur his causis primum habes delubra, quae seu in aream templorum iis ipsis diis postea conditorum tracta esse scimus seu illis cessisse:

Apollinar in pratis Flaminiis[1] (Liv. III 63, 7 cf. aed. 8).

ara et lucus Fortunae Muliebris via Latina ad quartum miliarium (Dion. VIII 55 cf. aed. 5).

sacellum Jovis Feretrii in Capitolio (Liv. I 10, 6; 33, 9 Fest. p. 189 cf. aed. 85).

sacellum Jovis Statoris in nova via (Liv. X 36, 11 cf. aed. 20).

---

[1]) Jordan Top. II 265 sq. accepta O. Muelleri coniectura apud Varronem l. l. V 52 pro verbis *adversum est pilonarois edem salutis* legendum esse *adversum est Apolinar cis aedem Salutis* falso per analogiam Apollinar cis aedem Salutis i. e. in colle situm in pratis Flaminiis a Livio collocari opinatur; sed si recte legem statuimus peregrinis diis ante annum 536=218 intra pomerium templa non esse aedificata, alia eorundem numinum fana illo tempore ius pomerii accepisse nequaquam est veri simile; quare coniecturam non probabimus.



ara Saturni ad forum sub clivo Capitolino (Dion. I 34 VI 1 Fest. p. 322 Macrob. S. I 8, 1 SAT cf. aed. 2).

lucus Libitinae (Dion. IV 15 Plut. Q. R. 23 Numa 12 Fest. p. 265 cf. aed. 111).

deinde delubra, quae quod eadem in regione sita erant, aedibus abolita esse veri simile est:

sacellum Aesculapii in insula (Plin. h. n. XXIX 16 Preller I 241 a. 1 cf. aed. 24).

sacellum Dii Fidii ad portam Sanqualem (Dion. IV 58 IX 60 Liv. VIII 20, 8 Ov. f. VI 217 Tertull. ad nat. II 9 cf. aed. 7).

sacellum Fidei in Capitolio (Dion. II 75 Plut. Numa 16 Varro. l. l. V 74 cf. aed. 33).

sacellum Fonti prope ad portam Fontinalem (FONT cf. aed. 39).

lucus Junonis Lucinae in Esquiliis (Varro l. l. V 74 Dion. IV 15 Ov. f. II 435 Plin. h. n. XVI 235 MATRON cf. aed. 12).

sacellum Quirini in colle (Liv. IV 21, 9 Ov. f. II 475 Plin. h. n. XV 120 Fest. p. 254. flamen Quirinalis C. I. L. IX 3154 QVIR cf. aed. 107).

sacellum Salutis ad portam Salutarem in colle (porta Salutaris Varro l. l. V 74 collis Salutaris Varro l. l. V 52 cf. aed. 16).

sacellum Victoriae in Palatio (Dion. I 32 cf. aed. 17).

deinde delubra, quorum situm nescimus, quae tamen locum recentiorum aedium obtenuisse praecedentium ex analogia conicere possumus:

sacellum Florae in colle (flamen Floralis Varro l. l. VII 45 cf. aed. 95).

sacellum Larum Publicorum in summa sacra via[1]) (cf. aed. 73).

sacellum Liberi in Capitolio (LIB. cf. aed. 103).

sacellum Minervae in Aventino (QVINQ cf. aed. 45).

[1]) Lares publicos et deos Penates sacella aedibus vetustiora habuisse nullis testimoniis demonstratur nisi deorum vestutae.

sacellum Neptuni ad circum Flaminium (NEPT cf. aed. 44).

sacellum Opis ad forum (OPAL. cf. aed. 105).

sacellum Opis Opiferae in Capitolio (OPIC cf. aed. 56).

sacellum Palis (PAL cf. aed. 28).

sacellum deum Penatium in Velia (cf. aed. 64).

sacellum Portuni ad pontem Aemilium (flamen Portunalis Fest. p. 217 PORT cf. aed. 106).

sacellum Volcani ad circum Flaminium (flamen Volcanalis Varro l. l. V 84 Macrob. S. I 12. 18 C. I. L. VI 1628 VOLC cf. aed. 42).

sacellum Volturni (VOLT cf. aed. 112).

sacellum Murciae seiungendum esse a templo Veneris a. 459=295 aedificato videbis ex Wissowa: de Veneris simulacris Romanis Vratisl. 1882 p. 4.

ara Martis in campo (Fest. p. 189) et ara Herculis in foro boario (Dion. I 40 etc.) num in area aedium iisdem locis constructarum (cf. aed 68 et 69) sitae fuerint, mihi incertum videtur.

Ex his quae dixi intelleges apud Romanos morem fuisse, ut, quo loco dii sacella habebant, eodem templa iis fierent; aedes Consi in Aventino (cf. aed. 26), Juventatis ad circum maximum (cf. aed. 54), Vortumni in Aventino (cf. aed. 29) cur regulae expertes videantur, certae causae afferi possunt:

ara Consi ad circum maximum subterranea erat (Tac. ann. XII 24, Tertull. 5. 8).

Juventas sacellum habebat in delubro Minervae Capitolinae (Dion. III 69 Plin. h. n. XXXV 108 Dio LIV 19).

vicus Tuscus, ubi aram Vortumni testantur Prop. V 2 C. I. L. VI 804, iam pristino tempore ita occupabatur privatis aedificiis, ut vix spatium maiori templo relinqueretur.

# INDEX DEORUM.


| | n. | p. |
|---|---|---|
| Aesculapius . . . . . . . . | 24 | 49. 51 |
| Apollo . . . . . . . . . . | 8. 87 | 49. 50 |
| Bellona . . . . . . . . . . | 19 | 48 |
| Bellona Pulvinensis . . . . . | 77 | |
| Bona Dea . . . . . . . . . | 71 | 40. 44. 45 |
| Castor . . . . . . . . . . | 6. 93 | 35. 43. 48 |
| Ceres . . . . . . . . . . | 4 | 34. 39. 43. 49 |
| Concordia . . . . . . . . . | 13. 15. 41. 91 | 42. 45. 49 |
| Consus . . . . . . . . . . | 26 | 35. 39. 40. 43. 52 |
| Diana . . . . . . . . . . | 61 | |
| Dius Fidius . . . . . . . . | 7. 94 | 51 |
| Faunus . . . . . . . . . | 48 | |
| Felicitas . . . . . . . . . | 66. 84 | 49 |
| Feronia . . . . . . . . . | 40 | 48 |
| Fides . . . . . . . . . . | 33 | 51 |
| Flora . . . . . . . . . . | 37. 95 | 35. 44. 49. 50. 51 |
| Fontus . . . . . . . . . . | 39 | 46. 51 |
| Fors Fortuna . . . . . . . | 23. 96 | |
| Fortuna Equestris . . . . . | 63 | 46 |
| „ huiusque diei . . . . | 65. 97 | |
| „ Muliebris . . . . . . | 5 | 45. 48. 50 |
| „ Primigenia . . . . . | 49 | 37. 39. 41. 48 |
| „ Publica . . . . . . | 98 | 43 |
| Hercules . . . . . . . . . | 69 | |
| „ Invictus . . . . . . | 79. 99 | 37 |
| „ Magnus Custos . . . | 76 | 37. 39. 41 |
| „ Musarum . . . . . | 55 | 45 |
| „ Victor . . . . . . | 67 | 37 |
| Honos . . . . . . . . . . | 38. 74. 82 | |

| | n. | p. |
|---|---|---|
| Janus . . . . . . . . . . . | 30 | 35. 39. 44 |
| Julius . . . . . . . . . . . | 86 | |
| Juno Curritis . . . . . . . | 100 | |
| „ Lucina . . . . . . . | 12 | 38. 42. 51 |
| „ Moneta . . . . . . . | 14 | 38 |
| „ Regina . . . . . . . | 10. 60 | 38. 48 |
| „ Sospita . . . . . . . | 50. 102 | 38. 44. 45. 48 |
| Juppiter Feretrius . . . . , | 85 | 50 |
| „ Fulgur . . . . . . | 100 | |
| „ Libertas . . . . . . | 34 | |
| „ Optimus Maximus . . | 1 | |
| „ Stator . . . . . . | 22 | 45. 50 |
| „ Tonans . . . . . . | 88 | |
| „ Victor . . . . . . | 21. 101 | 38. 44. 45 |
| Juturna . . . . . . . . . | 35 | 44. 45 |
| Juventas . . . . . . . . . | 54 | 52 |
| Lares Permarini . . . . . . | 62 | 43 |
| „ Publici . . . . . . . | 73 | 45. 50. 51 |
| Liber . . . . . . . . . . | 103 | 37. 50. 51 |
| Libitina . . . . . . . . . | 111 | 51 |
| Luna . . . . . . . . . . | 57 | 42 |
| Mars . . . . . . . . . . | 11. 68 | 38.39.42.44.48.52 |
| „ Ultor . . . . . . . . | 89. 92 | 44. 45. 49 |
| Mater Magna . . . . . . . | 53 | 37. 43. 49 |
| „ Matuta . . . . . . . | 9 | 35 |
| Mens . . . . . . . . . . | 43 | 39. 49 |
| Mercurius . . . . . . . . . | 3 | 49 |
| Minerva . . . . . . . . . | 45. 78 | 36. 42. 52 |
| „ Capta . . . . . . . | 36 | 36. 48 |
| Murcia . . . . . . . . . . | | 52 |
| Neptunus . . . . . . . . . | 46. 104 | 36. 39. 42. 52 |
| Nymphae . . . . . . . . . | 80 | |
| Ops . . . . . . . . . . . | 105 | 36. 39. 40. 50. 52 |
| „ Opifera . . . . . . . . | 56 | 36. 40. 50. 52 |
| Pales . . . . . . . . . . | 28 | 46. 52 |
| Penates dii . . . . . . . . | 64 | 50. 52 |
| Pietas . . . . . . . . . . | 59. 75 | 46 |
| Portunus . . . . . . . . . | 106 | 37. 52 |
| Quirinus . . . . . . . . . | 18. 107 | 35. 39. 41. 51 |
| Salus . . . . . . . . . . | 16 | 51 |
| Saturnus . . . . . . . . . | 2 | 34. 40. 51 |
| Sol . . . . . . . . . . . | 108 | |





| | n. | p. |
|---|---|---|
| Spes . . . . . . . . . . . | 32 | |
| Summanus . . . . . . . . | 25 | |
| Tellus . . . . . . . . . . | 27 | 43. 45 |
| Tempestates . . . . . . . . | 31 | 45 |
| Tiberinus . . . . . . . . . | 109 | |
| Vediovis . . . . . . . . . | 47. 52. 110 | 37. 41 |
| Venus . . . . . . . . . . | 20 | 48 |
| „ Erucina . . . . . . . | 44. 58 | 49 |
| „ Genetrix . . . . . . | 83 | 49 |
| „ Verticordia . . . . . | 72 | 44. 45 |
| „ Victrix . . . . . . . | 81 | |
| Vesta . . . . . . . . . . | 90 | |
| Victoria . . . . . . . . . | 17 | 51 |
| „ Virgo . . . . . . . | 51 | |
| Virtus . . . . . . . . . . | 38. 70. 74 | |
| Volcanus . . . . . . . . . | 42 | 36. 48. 52 |
| Volturnus. . . . . . . . . | 112 | 38. 52 |
| Vortumnus . . . . . . . . | 29 | 39. 48. 52 |


p. 33 aed. 111 legendum est dedic. a.
p. 34 „ „ CER(IALIA)
p. 43 v. 3 „ „ *[Telluri et Cere]ri*
p. 43 a. 1 v. 3 „ „ *Dolabella*

# VITA.

Natus sum Aemilius Aust a. d. IV k. Aug. a. h. s. LXIII in vico Hermsdorf prope ad urbem Waldenburg sito patre Antonio matre Luisa e gente Geisler; fidem profiteor catholicam. Rudimentis litterarum satis instructus puer undecim annorum adii gymnasium Waldenburgense; cuius cursu rite peracto acceptoque maturitatis testimonio in universitatem Vratislaviae autumno a. h. s. LXXXII migravi studiis operam daturus philologicis; his cum per duodecim semestria incubuissem, nisi quod per quinquies senos menses praeceptoris munere functus sum, in hanc almam matrem Philippinam me contuli. Docuerunt me Birt, Cohen, Erdmann, Hertz, Niese, Reifferscheid, Rossbach, Schmidt, Studemund, Weber, Weinhold, Wissowa; per singula semestria sodalis fui philologici et proseminarii et seminarii, quorum hoc moderabantur Birt et Schmidt illud Wissowa, per duo seminarii historici, Benedicto Niese rectore; idem et Cohen concesserunt, ut exercitationum particeps fierem; cum omnibus his viris gratias ago tum Georgio Wissowa, qui opera et consilio benignissime studia mea adiuvit.